larie ob tuitionem directus fuerat, predicti ducis fines ejus bellica manu cum fratre suo Hermanno lantgravio, attingit, munitionesque non paucas, pro libitu imperatoris, devastavit et incendit. Deinde ducem militari copia vallatum de Saxonia, Lodewico ad Thuringiam secedente e vestigio subsequitur, terramque sue ditionis, ab eodem incendiis, rapinis, subversionibus jam pene desolatam, dum conserto certamine armis conaretur defendere, suis enormiter terga vertentibus, ipse cum paucis fortiter faciens. et, ut dixerim, velut quondam Machabeus sue glorie fugiendo[a] crimen inferre nolens[b] contra prescientiam virtutis insigne miles strenuus, iste Lodewicus emeritus, multitudine hostium superatus, cum germano suo Hermanno, [et][c] aliis quam pluribus, nec non quibusdam utrobique interfectis heu! captivus abducitur, pridie Idus Maji. Quod imperator audiens, Saxoniam cum exercitu ingrediens, urbem antiquam Hartzburgk dictam, cum aliis quatuor, ob ejusdem ducis offensam redificare precepit, sicque pace usque ad pentecosten facta, propter Lodewicum lantgravium captum, et suos, turmarum greges, qui secum fuerant, abire permisit. || Eodem anno obiit Henricus Raspe, germanus Lodewici et Hermanni lantgraviorum,

N Meyer R

= R.

a) fugendo c.

b) valens c.

c) om. c

J. R. NB!